

(5) Sæva furit pestis, Medicorum regula plana est,
Mox, longè, tardè, cede, recede, redit:

(6) Non veto, namque Deus clemens media ordinat ista,
in precio meritò stat Medicina suo.
Angelus at melior Medicus, nisi pharmaca ritè
temperet, in tumulum protenus æger eat. 210.
Illinit hic (μ) domum postes, dominosq; domorum
sanguinis insignit, CHRISTE, rubore tui.

Hac Satanas longè fugit, hac abscedit Erinnys,
sæva lues, pestis lurida, dira famæ.

(6) Hinc adeò Psaltes: (v) Intravimus æquor aquarum,
è mediis terti fluctibus exiimus;

(1) Ignis edax ædeis petiit cum corpore nostro,
combussisse valet non tamen ignis edax.

(7) Ibumus in medium Libyam, in mediosq; leones,
ibimus occursum tigridibusq; feris,
non tamen aut Libye, leo Gætulusvè nocebit,
aut sævæ tigres, Angelus heic habitat. 220.

(8) Angelus heic habitat, tenebroso in carcere nobis
atque animum & constans Angelus addet opem.

pro quibus Hinc celebat meritò Angelicas Ecclesia mentes,
grates agendè officium cœlo præsidiumq; locat,
Deo Cœlesti, qui cum (ξ) Gnato & Spiramine Sancto
fecit, agens grates pectore & ore Patri.

â Scholaisticis, Et nos cum pueris. (v), quorum bontis Angelus almo
à Jhovâ custos præsidiumque datus, 230.
cantamus pariter facrorum facta ministrum,
collata & toti commoda mille gregi,

qui indigent namque nisi hæ Scholasticos soleant defendere turmæ
Angelis. cumque viris pueros, cum puerisque viros, 210.

- (p) Alius uim ad Exod. XII. v. 7, 13, 22, 23: (v) Psalm. LXVI,
v. 12: (ξ) Coloss. I, v. 16: (a) Matth. XXIX, v. 10.